

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rei rvsticae libri qvatvor**

**Heresbach, Conrad**

**[Spira Nemetum?, 1603**

Illvstrissimo principi ac domino, domino Francisco a Lothringa, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)



ILLVSTRIS-  
SIMO PRINCIPI AC  
DOMINO. DOMINO  
FRANCISCO

A Lotharingia, Comiti Vademonta-  
no, Salmensi, Cleremontano, Do-  
mino in Viuiers, Rupe, & Bran-  
denburg, Domino suo  
clementissimo.

**I**LLVSTRIS-  
SIMO Princeps, offero  
Celsitudini T. li-  
bros hosce Conra-  
di Heresbachij de re rustica:  
cuius instituti causas in  
promptu habeo, non con-

\* ij tem-

EPISTOLA

temendas, quas æquis lectoribus me facile probaturū confido. Nisi enim vehementer fallor, siue argumentum, siue personas respiciam, nec iniucundum magnatibus opusculum istud accidet, nec indignū, quod Celsitud: Tuæ inscribatur, à me imprimis, Tuę Celsitud. addictissimo & deuinctissimo, cēsebitur. Nā, ad materiā horum librorum quod attinet, agūt ij de Agricultura, & omnibus rusticæ rei partibus: Quod studium cum ob summam ad vitam hanc mortalem degendā necessitatē, tum immensam utilitatem, liberalē denique voluptatē, raramq; delectationem, omnibus seculis à summis quibusq; viris, præconijs maximis

DEDICATORIA.

maximis decantatum & prædicatum est, adeò vt non postremam in eo felicitatis humanæ, à plurimis anxie inuestigatæ, ab omnibus autẽ expetitæ, partem cõstituere minimè dubitarint. Hinc Maronem canentem audimus;

*O fortunatos nimium, sua si bona norint* Georg. 2.  
*Agricolas, &c.*

Hinc Flaccum :

*Beatus ille, qui procul negotiis ;* Eopd. 2.

*Vt prisca gens mortalium,*

*Rura paterna bobus exercet suis:*

Hinc Nasonem :

*Tempus in agrorum cultu consumere* De Pontz,  
*dulce est.*

Hinc Senecam in Hippolyto:

*Non alia magis est libera, & vitio carès*

*Ritusq; melior vita quæ priscos colat,*

*Quam qua relictis mænib. agros amat,*

*Nò illum amara mētis inflamat furor*

*Qui se dicauit montium insontem iugis:*

*Non aura populi, & vulgus infidū bonis,*

★

3

Ngn

EPISTOLA

*Non pestilēs inuidia, non fragilis fauor.  
 Non ille regno seruit, ac regno inuidet.  
 Vanos honores sequitur aut fluxas opes,  
 Spei metusq; liber, haud illum niger  
 Edaxq; liuor dente degeneri petit,  
 Nec scelera populos, atq; inter vrbes sita  
 Nouit, nec omnes cōsciūs strepitūs pauet.*

Hinc Claudianum, vitam ru-  
 sticam vrbanae praefere legi-  
 mus:

*lib. 1 in  
 Auson.*

*Hac mihi paupertas angustior, hac mihi  
 tecta,*

*Culminibus maiora tuis: ait:*

& plura perquam eleganter.

Hinc plurima in eandem  
 sententiam apud alios gra-  
 uissimos auctores iactantur.  
 Idem studium sic à praestan-  
 tissimis Regibus, Imperatori-  
 bus, Principibus excultum  
 est, vt eorum, qui gnauius  
 ac libenter in eo versati sunt,  
 si nomina referre libeat, li-  
 brum, non epistolam scribere  
 oporteat:

DEDICATORIA.

oporteat: Quot enim Græca,  
 quot Romana, quot aliarum  
 gentium historiæ recensent?  
 Vel vnus M. Terent. Varro,  
 Romanorum doctissimus, ac  
 post eum L. Iun. Columella,  
 quantum Catalogum conte-  
 xuerunt, tum autorū, qui La-  
 tina, Græca, Punica lingua  
 Rei rusticæ præcepta tradide-  
 runt, tum principum virorū,  
 qui manibus suis eam exer-  
 cuerunt, & tractarunt? Quin-  
 tius Cincinnatus ab aratro  
 vocatus ad dictaturam, obsef-  
 sum Consulem & exercitum  
 liberauit, & fascibus deposi-  
 tis, quos festinantius victor  
 reddidit, quàm sumferat Im-  
 perator, ad suos iuuenos, &  
 quatuor iugerum auitū præ-  
 diolum rediit. A uilla in sena-  
 tu

\* iij tum

EPISTOLA

tum accersebantur olim Ro-  
mani patres, & agri cultione  
se oblectabāt. In hāc rustica-  
tione Manl. Curius, cum de  
Samnitibus, de Sabinis, de  
Pyrrho triumphasset, cōsum-  
fit extremum tempus ætatis:  
vt de alijs taceam. Neq; enim  
olim, vti nunc corrupta tem-  
pora & mores peruersi solēt,  
rusticū vitæ genus abiectum,  
& vilissimorū mancipiorum  
proprium ducebāt: Sed con-  
tra potius, nullum honestius,  
vberius, dulcius, splendidius,  
libero homine digni⁹, ac pri-  
mæ hominum origini aureo-  
que seculo propinquius, nul-  
lum ingenuo & innocente  
quæstu sanctius, sapiētius de-  
cētius, grauitèr existimabant.  
Vnde agriculturam aliarum  
artium

iiii \*  
iii

DEDICATORIA.

artium matrem, nutricem ac  
 promam appellabant: qua  
 benè habente, cætera valeat:  
 neglecta verò, terra marique  
 iaceant omnia. Quid quòd  
 Socrates eam Amalthææ cor-  
 nu, Menander *ἀρετῆς καὶ εἰς διδασκα-*  
*λον ἐλάσθηρε*, virtutis ingenuæque  
 vite magistram esse perhibet?  
 In qua sententia prudentissi-  
 mos quosq; Rerumpubl. mo-  
 deratores fuisse apparet; vt,  
 verbi gratia, Lycurgum seue-  
 rissimum illum Spartanorum  
*νόμοθετον* & Gelonem Syracusa-  
 num, qui ciuibus suis agros  
 distribuerunt, agricolationis-  
 que labores imperarunt, ex iis  
 vt victum quærerent: iis vt cor-  
 pora ad militiæ sudores dura-  
 rent: vt est apud Plutarchum;  
 qui de Catone Maiore quoq;  
 \* 5 testatur



EPISTOLA

testatur, dicere solitum fuisse,  
 fortissimos viros & milites  
 strenuos ex agricolis gigni.  
 Imò Xenophon in Oecono-  
 mico præter alia encomia A-  
 griculturam Imperatoriæ cō-  
 fert: ad quam illa conducat.  
 Sicut enim ad bellum confi-  
 ciendum, sic ad agrum colē-  
 dum hominibus est opus, &  
 operis promptis ac obsequen-  
 tibus: quales & milites sibi  
 comparare ducem necesse sit.  
 Nec agricolam minus operas  
 hortari oportet, quàm impe-  
 ratorem milites.

Sed nolo in laudes agricul-  
 turæ digredi, quæ & infinitæ  
 sunt, & studiosis honorū au-  
 ctorū passim obuiæ. De præ-  
 senti duntaxat opere dicam,  
 quod Clariss. vir D. Conrad.

Heres-

DEDICATORIA.

Heresbachius, frater mihi dilectissimus, vir (vt magni illius Erasmi Roterodami verbis vtar: siquidem meum testimonium, vt domesticum suspectum videri queat) omni literarum genere absolutus, & in omni sacrorum & profanorum autorum genere summa cum laude versatus, ad crebras amicorū, doctrina, auctoritate, & dignitate insignium virorum petitiones, publici cōmodi causa, concinnauit. Cum enim post varios exantlatos labores, tum in Reipubl. negociis expediendis, tum in præclaris autoribus, Herodoto, Strabone, Thucydide, aliisque; vertendis castigandisque, & insignibus ingenij monumentis,

EPISTOLA

mentis, (inter quæ eminent  
 libri de Principum educatio-  
 ne, Commentarij in Psalmos  
 Daudicos, Cantio Cygnea  
 siue præparatio ad mortem,  
 & alij nonnulli) publicandis,  
 se iam etate grandior ad otium,  
 siue negotia contulisset rustica,  
 netum quidem deses sibi  
 tantum viuere voluit, sed in-  
 star apis sedulæ veteres scri-  
 ptores rerum rusticarum au-  
 dè degustauit, inde suauissi-  
 mos quosque ac fragrantissi-  
 mos flores decerpit, & quæ  
 ad disciplinam istam illustrā-  
 dam hodie pertinere videbā-  
 tur, cōllegit, adiunctis iis ob-  
 seruationibus, quas experi-  
 undo cognouerat: eaque ad  
 communem vtilitatem, vt e-  
 rat benignus & liberalis ac  
 minimè

DEDICATORIA.

minimè inuidus, nostrati  
cœlo Arctoisque regionibus  
accommodata, publici iuris  
fecit. Quo quidem benè  
merendi studio tantam inijt  
gratiam ab eruditis *φιλομαθεις*,  
vt exemplaribus protinus di-  
stractis, complures, Germani  
pariter & exteri, summo stu-  
dio iam pridem alia desidera-  
re, & à me nouam editionem  
efflagitare cœperint. Eorum  
votis vt tandem satisfacere-  
rem, exemplaria Colonix an-  
nis abhinc pluribus vitiosissi-  
mè impressa, accuratè re-  
cognoui, ab innumeris men-  
dis, quibus operarum typo-  
graphicarum incuriâ scate-  
bat, repurgauit & liberaui, nec  
pœnitenda accessione, ex au-  
tographo auctoris locuple-  
taui:

EPISTOLA

taui : denique nec labori  
nec sumtui parcendum exi-  
stimai, quò castigatius &  
elegantius prodiret, ac stu-  
diosis rerum rusticarum sa-  
tisfaceret.

Hos igitur libros Celsit. T.  
Prin. optime, dico, cōsecro, &  
inscribo : cū vt ex Cel-  
sit. V. heroico splendore plus  
dignitatis & gratiæ iis acce-  
dat ; tū quòd sperē, Celsit. V.  
non illibenter, imò magna  
cum voluptate, si per ocium  
licebit, & animi recreādi gra-  
tia libebit, libros istos, quibus  
multa scitu non indigna, de  
villa rustica, colonis, agris, re-  
bus hortensibus, plantis, iu-  
mentis, pecoribus, canibus,  
auibus, piscibus, apibus, con-  
tinentur, perlecturam esse:

in pri-

DEDICATORIA.

in primis Thereuticen, siue  
tractatum de Venatione, Au-  
cupio, Piscatione: quem Cel-  
sit. T. iure quodam sibi pro-  
prium v̄dicare potest, vt he-  
roum peculiare exercitium  
persequentem. Denique pu-  
blicū hoc ceu monimētum  
mee in Celsit. T. obseruantie  
ac fidelitatis extare volui, gra-  
titudinisque in Domum Lo-  
tharingicā, à qua in me nō e-  
xigua sentio & p̄dico collata  
beneficia & ornāmēta: Cum  
& Celsit. T. parēti immortali  
laude dignissimo me in con-  
siliariorum numerum coo-  
ptare placuerit: simul etiam  
Deum O P T. Max. precari,  
vt Domū Celsit. T. stabiliat,  
& incunti gubernationi  
de cœlis benedicat, ac sub  
Ducali

EPISTOLA

Ducali regno Lotharingico,  
vicinisq; regionibus trāquilli-  
tatem ac felicitatem largiatur  
adsui nominis gloriam & Ec-  
clesiæ emolumentum, Amen.  
Spire Nemetum Idib. Martij  
Anno redempti orbis cl. 10  
CIII.

*Celsi. V.*

*Addictissimus*

IOAN. HERESBACHIVS  
Iureconf.

